F. K. 92.
X 2054051
14.
v. Nost
Z α 920
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

A Nobiliſſimo Juvene,

JOHANNE Gottlob â Noſtitz /

Viri Illuſtris atq; Generoſiſſimi,

DN. CASPARIS CHRISTOPHORI â NOSTIZ,

Toparchæ in Leichnam & Nieſzka / &c.

Sereniſſ. Electori Saxon. â Conſiliis, & Ducatus Budiſſinenſis

in Luſatiâ ſuperiori Capitanei Provincialis ſplendidiſſimi,

Filio Primogenito,

Oratiunculam Valedictoriam

De Subditorum Officio, abſenti Principi conteſtando,

a. d. Julij A. O. R. 1693. in Lyceo Laubanenſi

publicè recitatum iri

intimat

M. GEORGIUS WENDIUS, Rect. & Inſpect.

NIhil omninò dici poteſt hodiè, qvod non dictum ſit prius. Sicut reliqvæ Diſciplinæ, ita Juris qvoq; Naturalis Cognitio impræſentiarum eò pervenit excellentiæ, ut nihil fermè eidem qvoad contenta aut contendendi modum addi poſſe videatur. Ex qvo Albericus Gentilis & Hugo Grotius ſepultam qvaſi antehac Juris Nat. & Gentium Notitiam in Lucem denuò revocarunt, non defuerunt certè Seldeni, Oſiandri, Ziegleri, Bœcleri, Feldii, Henningii, Hornii, Klenckii, Zouchæi, Mevii, Simones, Becmani, alii, qvi, qvidnam Pacis aut Belli tempore in Republicâ regulari liceat, qvid minus, ad rectæ rationis bilancem examinare nulli dubitarunt. Inprimis verò hâc in parte multùm debemus celeberrimo Puſendorfio, illuſtris Grotii, ſi qvis alius, fidiſſimo Paraſtatæ. Qvicqvid enim poſterior humani paſſus fuit, prior, qvâ potuit Modeſtiâ, caſtigavit: qvicqvid deinde prætermiſſum ab eodem, aut non ſatis liqvidò demonſtratum, â Noſtro pro inſigni ſuo in rem litterariam amore abundè ſuppletum firmatumq; fuit. Ut Tirones haberent, qvod caperent, Officia Hominis & Civis, nec non Jurisprudentiæ Univerſalis Elementa: ut Viri invenirent, qvod admirarentur, inſigne Opus de Jure Nat. & Gentium cum erudito Orbe communicata fuerunt. Latiùs nonnihil progreſſus eſt Excellentiſſ. Alberti, Fautor noſter honoratiſſimus. Qvod alii videlicet tenus hâc è Naturæ depravatæ tantùm rivulis petiverunt, ille è naturæ primitùs inſtitutæ ſcaturigine delibare juſſit, ac, qvod novit totus Philoſophorum chorus, in aureolo ſuo Compendio ſatis qvoq; operosè delibatum ivit. Ipſi jam nihil rectum, niſi qvod è rationis intaminatæ principiis deductum: nihil honeſtum, niſi qvod cum primorum Parentum primævo judicio conſenſerit. Proinde tantum abeſt, ut circa Subditorum Officia, in limine denominata, novum qvid curioſo Lectori polliceri audeamus, ut potius receptis jam uſu ſententiis & Deciſionibus inhærere pulchrum ducamus. Velle ſibi in Moralium campo nunc novam meſſem imaginari, idem eſt, ac in exhauſtis jampridem argentifodinis novam venam inveſtigare velle. Loqvimur tamen nihilominus, &, ut Noſtri qvoq; datâ occaſione, qvantum poſſunt, imitentur, autores iisdem exiſtimus. Loqvimur, inqvam, cum Officii jubet ratio. Qvando nimirum fidei noſtræ commiſſi vel non legunt, vel non intelligunt Interpretes in fronte laudatos, id agimus, qvi ſuperiora ſuperioribus præmandimus, ut materias ſcitu neceſſarias ex optimis qvibusq; Scriptoribus eliciamus, elicitasq; qvantâ maximâ poſſumus, brevitate juxtim & perſpicuitate inculcemus. Qvoniam porrò etiam loqvendum eſt in Scholis, ut loqvamur, h. e. ut benè loqvi diſcamus, id urgemus inſuper, ut adultiores pro virili ſuâ de Argumentis, è J. N. & G. Penu depromtis, invicem colloqvantur, aut, ſi Cathedra fortè conſcendenda fuerit Oratoria, Sermonem qvoq; contexere occipiant. Præſtat nempe, in rebus jam detectis, validoq; rationum pòndere firmatis, ut hæ noſtræ ſunt, â ſummorum Virorum ſtare Judicio, qvàm inſano novaturiendi deſiderio, neſcio qvas, è proprio cerebello parturire affanias.

Ductum noſtrum in hoc Curſu per integrum triennium jugiter ſeqvutus eſt Adoleſcens Nobiliſſimus, JOH. GOTTLOB à NOSTIZ, *Auditor noſter â Probitatis, Diligentiæ, Concordiæ, Temperantiæ, Obſervantiæq; Officiis citra controverſiam commendatiſſimus. Qvanqvam is non juravit temerè in verba Magiſtrorum, utpote Libertatis in philoſophando meritò amantiſſimus; junior tamen majorum probata veſtigia legere, qvàm fortè ſibi ſoli ſapere maluit. Quæ ipſi ſive in Sacro, ſive in Civili Studio â nobis injuncta fuerunt penſa, libens ille & juxta præſcriptum gratè abſolvit; talem ad extremum indè reportans fructum, ut, qvæ Nobilem pium doctumq; apprimè deceant, idem ne neſciat. Jam, ubi à Generoſiſſ. Dn. Parente, Evergetâ noſtro indulgentiſſimo, in Academiam qvandam vocatur, Specimen aliqvod Eruditionis Scholaſticæ edere juſſus, ex allegatis nonnullis I. N. Scriptoribus dicto modo conſcriptam Oratiunculam publicè recitare ſecum conſtituit. Patefacturus, præter Lingvæ Latialis, Eloqventiæ & Geographiæ Ornamenta etiam Juris Naturalis ſive Ethicorum aliqva ſe imbibiſſe Elementa, craſtinâ luce H. L. Q. S. de* SUBDITORUM OFFICIO, *qvod abſenti qvidem Principi illi debent, per ſemihorulæ ſpatium è Cathedrâ noſtrâ declamabit. Augurium noſtrum eſt,* NOSTIZIUM, *cui jam viſum eſt, in theoriâ ſaltem Subditorum evolvere Officia, aliqvando Virum factum in praxi perpulchra Pietatis ſuæ erga Sereniſſ. Principem Electorem conteſtaturum eſſe Officia. Vos, qvi Divinorum, Naturalium, Civilium Jurium ſive Interpretes, ſive Cuſtodes apud nos civitis, patentibus hisce Litteris decenter â nobis invitati advolate, quæſo, Subditorumq; Officia fauſtæ coronidis loco pro virili delineantem veſtro applauſu ad majora in poſterum C. B. D. tentanda impellite. Qvi ſubditorum hactenus egregia annotavit Officia, procul omni dubio grati qvoq; Debitoris ac Diſcipuli non detrectabit Officia. Noſtri Propemptici Summa eſt: DEUS comitetur abeuntem & præclara illuſtrium Majorum veſtigia præclarè ſemper premere jubeat! Fiat! P. P. Laubæ, a. d. Julii ſt. n. A. O. R. 1693.*

LAUBÆ, *Typis Johannis Godofredi Dehnii.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-82311-p0002-6

Zd 920. FK.

F.K. 92.

X 2054051

v. Nost

Z α 920

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-82311-p0003-1

Zd 920. FK.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-82311-p0004-7

Nobiliſſimo Juvene,

E Gottlob â Noſtitz /

uſtris atq; Generoſiſſimi,

RISTOPHORI â NOSTIZ,

Leichnam & Wießka / &c.

â Conſiliis, & Ducatu

Capitanei Provincialis ſplendidisſimi,
ilio Primogenito,
nculam Valedictoriam

o, abſenti Principi co

O. R. 1693. in Lyceo Laubanenſi
blicè recitatum iri
intimat

VENDIUS, Rect. & Inſ

---

rius. Sicut reliqvæ Diſciplinæ, ita Ju ſentiarum eò perve-
nut contendendi modum addi poſſe videat Hugo Grotius ſepul-
Lucem denuò revocarunt, non defueru ri, Bæcleri, Feldii,
nones, Becmani, alii, qvi, qvidnam Paci ulari liceat, qvid mi-
runt. Inprimis verò hâc in parte mu rfio, illuſtris Grotii,
oſterior humani paſſus fuit, prior, qvâ p d deinde prætermiſ-
Noſtro pro inſigni ſuo in rem litterariam q; fuit. Ut Tirones
ec non Jurisprudentiæ Univerſalis Elem nirarentur, inſigne
unicata fuerunt. Latiùs nonnihil pr autor noſter hono-
petiverunt, ille è naturæ primitùs inſtitu d novit totus Philo-
Ipſi jam nihil rectum, niſi qvod è ration nihil honeſtum, niſi
tum abeſt, ut circa Subditorum Officia, i urioſo Lectori polli-
hrum ducamus. Velle ſibi in Moraliur nari, idem eſt, ac in
mur tamen nihilominus, & , ut Noſtri qv t, imitentur, autores
nirum fidei noſtræ commiſſi vel non leg in fronte laudatos,
ias ex optimis qvibusq; Scriptoribus elici poſſumus, brevitate
Scholis, ut loqvamur, h. e. ut benè loqvi tiores pro virili ſuâ
athedra fortè conſcendenda fuerit Orato ipiant. Præſtat
ſunt, â ſummorum Virorum ſtare Judic derio, neſcio qvas,

t Adoleſcens Nobiliſſimus, JOH. GOTT â Probitatis, Di-
commendatisſimus. Qvanqvam is n orum, utpote Liber-
eſtigia legere, qvàm fortè ſibi ſoli ſapere ſive in Civili Studio
talem ad extremum indè reportans fruc q; apprimè deceant,
entiſſimo, in Academiam qvandam voc s Scholaſticæ edere
nculam publicè recitare ſecum conſtituit. alis, Eloqventiæ &
e Elementa, craſtinâ luce H. L. Q. S. d vod abſenti qvidem
ugurium noſtrum eſt, NOSTIZIUM, c ubditorum evolvere
ſ. Principem Electorem conteſtaturum Naturalium, Civili-
is decenter â nobis invitati advolate, qua nidis loco pro virili
e. Qvi ſubditorum hactenus egregia a grati qvoq; Debi-
US comitetur abeuntem & præclara illuſtrium Majorum veſtigia præclarè ſemper premere ju-

---

is Johannis Godofredi Dehnii.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-82311-p0005-2